Pulegio, Alsine, Salviâ, recentibus, invicem cum *Croco* contusis & cum *Melle* mixtis, imposita. *Celeberim.* Wedelius pro certissimo & omnium tutissimo Remedio observavit impositionem *Emplastri Diachyli simplic.* cui nos substituere solemus subinde *Ceratum simplex* ex *Oleo rosaceo* & *Cerâ*, nonnunquam addendo tantillum *Mellis*, compositum, vel *Emplastr. de Spermate Ceti, de Bacch. Laur. Diaphor. Mynſ.*

CAPUT XXXIX.

De Errhinis & Ptarmicis Remediis.

§. 1.

Quid Errhina?

ERrhina Remedia vocantur, quæ humorem serosum è membrana Narium glandulosâ sine sternutatione eliciunt, sicque muci secretionem promovent. *Ptarmica* autem sive *Sternutatoria* eundem effectum præstant, sed cum fortiore fibrarum membranacearum vellicatione, & hinc subsequente sternutatione multiplici. Necessitas horum Remediorum patet ex eo, quod subinde ablatâ muci secretione, aut etiam seri viscosi in glandulis Narium stagnatione variæ obstructiones tubulorum lymphaticorum circa Frontem contingant, ac simul propter nimiam membranarum expansionem dolorem Capitis in Fronte nunc remissiorem nunc intensiorem producant. Cui symptomati non melius occurrere licet præmisso purgante, quàm Remediis nunc *errhinis* nunc *ptarmicis*. Usque adeo autem necessaria est hæc muci per Nares secretio, ut Cerebrum nullatenus benè habeat, Homoque frequentibus Hemicraniis obnoxius reddatur, quando secretio hæc vel planè cessat,

Ptarmica.

Sunt remedia subinde necessaria.

cessat, vel multum imminuitur. Interdum verò mucus in radicibus Narium diutius retineri solitus, & nonnihil exsiccatus putrilaginem concipit, fœtoremque dese emittit, vix tolerabilem iis, qui cum ejusmodi Hominibus versantur. Accidit autem hoc frequenter illis, quibus Narium canalis in radice est angustus. Huic proin Affectui similiter prosunt *Errhina* frequenter narrbus immissa.

Quænam propriè sint Errhina?

§. 2. Ea igitur pro *Errhinis* habenda sunt Remedia, quæ spiculis quibusdam nitroso-salinis, aut salino-sulphureis fibrillas Narium membranaceas leniter pungunt, sicque ad excretionem seri uberiorem stimulant. *Ptarmica* autem sive *Sternutatoria* erunt, quæ particulis acrioribus pollentia fortius sua spicula fibris membranaceis infigunt, sicque poros nonnihil stringendo aut occludendo, aëri intus contento & compresso ansam præbent vim suam elasticam exercendi, & cum impetu sub formâ sternutationis erumpendi.

Quæ Ptarmica?

Errhinorum materia.

§. 3. Materia *Errhinorum* varia est, inprimis autem eorum Classi accensemus *Succos Betæ, Brassicæ, Nasturtii, Majoranæ, Alliariæ, Anagallidis flore cœruleo,* aut *purpureo, Iridis, Nicotianæ*: item *Aquas* talium *Herbarum*, in iisque solutum *Vitriolum album*, quando nimirum unciæ uni Aquarum immiscentur *Vitrioli albi gr.* iiij. vel vj. Ita & similiter unciæ uni talium Aquarum permisceri poterunt *Spiritus Salis armon.* aut *C. C.* aliusve *volatilis gtt.* x. *vel* xij. plus minus. Fiunt & *Errhina* sub formâ siccâ ex *Foliis* & *Floribus Herbarum cephalicarum* non ita acribus, in Pulverem redactis, vel cum *Saccharo* permistis. Subinde & *Spiritus Anthos, Aqua antapoplectica, Anhaltina*, aliave spirituosa Naribus attracta errhinum præstare potest. Denique *Oleum destillatum Majoranæ, Thymi, Rorismarini*, aliudve simile,

ſimile, *Butyro* imiſtum & Naribus inditum, validè lympham, mucumque emollit ac educit.

§. 4. *Ptarmica* autem ſive *Sternutatoria* ſunt omnia *Purgantia*, & alia, quæ ſal acrius in ſe fovent, v. gr. *Helleborus albus*, *Gialappa*, *Mechoacanna*, *Semen Nigellæ*, *Flores Liliorum convallium*, *Pulvis Tabaci*, *Pulvis ſternutatorius Rulandi*, *Radix Pyrethri*, *Piper omne*, *Euphorbium*. Quibus etiam *Olea deſtillata aromatum* & *Plantarum cephalicarum* accenſere poſſumus. *Purgantia ſunt ſternutatoria.*

Formulæ.

℞. *Fol. Tabac. opt. ſicc.* ℥j.
Herb. Majoran. ʒj.
Flor. Lil. Convall. ℈ij.
Betonic. Salv.
Roſar. rubr. ana ʒß.
Raſur. Lign. rhod. ʒij.
Rad. Helleb. alb. ʒß.
M. F. Pulv. groſſ. Naribus intromittendus.

Vel ℞. *Fol. Tabac. Virginian.* ℥ij.
Radic. Irid. florent. ℥j.
Lign. rhod. ℥ß.
Cyper. rotund. ʒiij.
Cinam. elect. Styrac. calam.
Summit. Amarac. Rorismar.
Lavend. ana ʒij.
Caryophyllor. arom. Mac.
Flor. Roſar. rubr. ana ʒj.
Radic. Helleb. nigr. ℈ij.
Zibeth.
Moſch. orient. Spiritu Roſ. Jol. ana ℈ß.
M. F. Pulv. groſſiuſculus.

Vel ℞. *Fol. Tabac virginian.* ℥ij.
Raſur. lign. rhod. ʒiij.

Summit. Amarac. Rorismar. Thym.
Flor. Betonic. ana ʒj.
Paralyſ. Lil. convall.
Semin. Nigell. Aquileg. ana ℈ij.
Syrac. calam. ʒß.
Cinam. opt. Lign. Aloës ana ℈j.
Ol. deſtill. flor. Aurant. gtt. xij.
M. F. Pulv. groſſiuſcul.
Vel ℞. *Fol. Tabac. virginian.* ℥iij.
Summit. Lavendul. Thym.
Rorismarin. ana ʒij.
Flor. Salv.
Roſar. Damaſc. anv ʒiß.
Sacch. albiſſ. ʒiij.
Eſſent. Jaſmin. gtt. xv.
M. F. Pulv. groſſ. d. ad ſcat.
Vel ℞. *Aq. Majoran. Lavend. ana* ℥j.
Fœnicul. ℥ß.
Betonic. ℥ij.
Spiritus Anth. ʒvj.
Ceraſ. nigr. ʒij.
M. ad Vitr. & Naribus immittatur frequenter.
Vel ℞. *Aq. Anhaltin.* Schrœder.
Naſturt. aquat.
Lil. convall.
Roſarum.
Succ. Anagall. ana ℥j.
M. ad Vitr. Uſus ut ſupra.
Vel ℞. *Aq. Meliſſ. Majoran. ana* ℥ij.
Salv. Roſar. ana ℥ß.
Vitrioli albi gr. vj.
M. ad Vitr. Uſus ut ſuprà.
Vel ℞. *Aq. Betonic.* ℥ij.
Chamædr. Roſar.
Spiritus Lil. convall. ana ℥ß.

Succ.

Succ. Betæ recent. ℥vj.
M. ad. Vitr.

Vel ℞. *Butyr. recent. q. s. Coque in eo aliquid Majoranæ, florum Liliorum Convallium & Salviæ, & postea ex Butyro refrigerato fac pastillos Naribus immittendos.*

Vel ℞. *Butyr. recent.* ℥ij.
Ol. still. Majoran. ℈ß.
M. d. ad Pyx. inde Naribus.

CAPUT XL.

De Remediis masticatoriis & salivantibus.

§. 1.

M*asticatoria* propriè ea sunt, quæ Ori ingesta masticantur, & cum sputo iterum ejiciuntur. Eadem Remedia, si suâ acrimoniâ fibrillas tubulorum salivalium fortius pungant ac stimulent, *Salivantia* appellari solent, in quantum scilicet *Ptyalismum* vel *Salivæ copiosiorem excretionem* excitant. Apud alios quoque audiunt *Apophlegmatisantia*, eo quod phlegma exscreandum ubertim in os proliciant.

Masticatoria.

Salivantia

Apophlegmatisantia

§. 2. Indicantia talium Medicaminum sunt Salivæ præprimis defectus, vel illius etiam visciditas. Nonnunquam studiò majorem Salivæ proventum, ad deplendam Massam sanguineam, aut particulas saltem ejus heterogeneas & acres educendas prolicimus. Quid Saliva sit? Quomodoque è Massâ sanguineâ per glandulas Oris & Palati secernatur? Apud modernos Antomicos videre est, sufficit enim hic nobis indigitâsse, quòd ea demum Remedia *salivantia*

Indicantia salivantium.